

**Acta Per Opportunitatem Sollemnitatis Saecularis Qvam Academia Kiloniensis In
Honorem Viri Perillvstris Experientissimi Doctissimi Gottlieb Henrici
Kannegiesseri ... celebravit**

Partim Antea Separatim Omnia Nvnc Ivntim Edita, Kiliae Holsatorvm: Bartsch, 1786

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn815425430>

Druck Freier  Zugang





HC 3110.

ACTA

PER OPPORTVNITATEM

SOLLEMNITATIS SAECVLARIS

QVAM

ACADEMIA KILONIENSIS

IN HONOREM

VIRI PERILLVSTRIS EXPERIENTISSIMI

DOCTISSIMI

GOTTLIEB HENRICI
KANNEGIESSERI


AVGVSTI REGIS A CONSILIIIS STATUS
ACADEMIAE SENIORIS

MEDICINAE D. ET P. P. O. PRIMARII

ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE-
CVRIOSORVM ADIVNCTI

CELEBRAVIT

PARTIM ANTEA SEPARATIM OMNIA NVNC
IVNCTIM EDITA.



KILIAE HOLSATORVM

LITTERIS MICH. FRIDER. BARTSCHII, ACAD. TYPOGRAPHI
CIO MDCC LXXXVI.

ACTA

PER OPPORTUNITATEM
SOLLEMNITATE SACRARIIS

CVAM

ACADEMIA KILONIENSIS

IN HONOREM

VIRI PERILLUSTRISSIMI EXPERIENTISSIMI

DOCTISSIMI

GOTTLIEB HENRICI

KANNIGESSERI

AVGVSTI MENSIS A CONSILII STATVS

ACADEMIAE SENIORIS

MEDICINAE D. ET P. G. FRIDERICI


ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE

CVBIVSIVM ADIVNCTE

CELEBRAVIT

PARTIM ANTRA SEPARATIM OMNIA RVNO

IVNCTIM EDITA



ILLAE NOTATORVM

LITTERARVM MDCCLXXXIII. ADIVNCTIM


CVBIVSIVM

collati sunt. Insuper etiam doctorum
hominum Medicorum ordo, post exaltatum
a primo imperatore dignitas tempore
quandocumque appropinquavit, venit
etiam senem Doctorem Medicum
homo renunciat.


Posteaquam Senatui Academiae re-
nunciatum erat de exacto fere se-
misaeculari munere Medicinae Docto-
ris et Professoris Publici in hac vniuer-
sitate litteraria perillustris KANNEGIES-
SERI, Senioris Academiae et Collegae
coniunctissimi, statim communia haec
gaudia Senatus existimauit, atque de
optima ratione cogitare instituit, qua
et meritorum Viri optime meriti me-
moriā recolere, et propensam Viro
amicissimo voluntatem testari liceret.
Eo quidem consilio decreuit sollempni-
tatem publicam ad diem XVI Maii.
Is enim ipse erat auspiciatissimus ille
dies, quo ante lustra decem summi in
Medicina honores in KANNEGIESSE-
RVM nostrum publico sollempnique ritu
colla-

~~11~~

collati sunt. Igitur etiam decreuit illustribus Medicorum ordo, post exactum a primo impertitae dignitatis tempore quinquaginta annorum spatium, venerabilem Senem Doctorem Medicinae denuo renunciare. Decretam autem sollempnitatem publicam, ne quis ignoraret vel Ciuium Academiae, vel, qui in hac ciuitate litteraria degunt, virorum meritis, genere aut munerum dignitate conspicuorum Senatus primum diplomate indixit quod tabulae publicae affixum est Dominica Iubilate, et paullo post denuo per programma publico Senatus Academici nomine conscriptum studio Professoris Eloquentiae, qui eidem prolusionem praemisit de memorabili quodam, quod ad Medicinam Forenses spectat, medii aevi monumento, quo quidem denuo ad panegyricum illam praesentia votisque publice nuncupatis exornandam inuitabat omnes litteris et litteratorum honoribus fauentes, affixum tabulae publicae




blicae Dominica Cantate. Tandem il-
lucescente ipso exoptatissimo die XVI
Maii Magnificus Academiae Prore-
ctor, Cancellarius Magnificus et reliqui
praeterea omnes Patres Conscripti in
loco Consistorii congregati Venerabi-
lem Seniore[m] sollemni pompa deduxe-
runt in Auditorium publicum maius
non consueto solum festiuo omni or-
nato, verum etiam insigni Virorum il-
lustrium et honoratissimorum, ciuium
etiam Academicorum affluentia con-
decoratum. Quo facto finito tuba-
rum clangore et tympanorum strepitu
ipse, qui haec otia saecularia fecerat,
Vir perillustri[s] in Cathedram ascendit,
ibidemque orationem habuit, tanto vi-
gore mentis, tanta corporis alacritate,
vt nemo profecto, nisi cui res alioquin
cognita erat, senem esse oratorem au-
gurari posset septuagenario maiorem.
Finita hac oratione et interiecto breui
concentu musico Ordinis Medicorum
Pro-Decanus, Vir Excellentissimus at-
que



que Experientissimus IOHANNES CHRIS-
TIANVS KERSTENS in cathedram
ascendens, habita, qua instituti rationem
declarauit, oratione, KANNEGIESSE-
RVM, Virum perillustrem, Doctorem
Medicinae denuo renunciauit, eidem-
que tabulas tradidit huius rei testes,
Ordinis Medici sigillo munitas. Cuius
quidem publici honoris et beneuolen-
tiae documentum causa ipse Venerandus
Senex gratum animum paucis quidem
verbis, tamen pro dignitate rei satis de-
clarauit. Illum tandem eadem, qua
acceserat, pompa Senatus Academi-
cus in locum Consistorii reduxit. Post
ea meridie Magnificus Academiae
Cancellarius perillustrem KANNEGIES-
SERVM et vna cum illo complures ex
Ordine Academiae Senatorio eorun-
demque vxores conuiuio opiparo ex-
cepit. Vespera tandem eius diei non
aedes solum Kannegiesleri hortumque,
qui iisdem adiacet, amoenissimum, ve-
rum etiam complurium tam Professo-
rum

rum quam Ciuium oppidanorum festi-
 vis luminibus decore illustratas cernere
 licuit. Ipsa denique litterarum Stu-
 diosorum lectissima Societas, numero
CXXX Venerabili Viro, ducta sollem-
 ni pompa, inter tympanorum tubarum
 aliorumque instrumentorum mulico-
 rum symphoniam, carmen obtulit pie-
 tatis et laetitiae documentum. Qua
 quidem in re miro omnia ordine et de-
 core absque omni vel tumultu vel per-
 turbatione peracta esse mirari liceret,
 nisi iuuenibus in Academia nostra lit-
 terarum studiosis morum honestatem
 et decoram agendi rationem nunquam
 non in deliciis esse exploratum ef-
 fet. Ita quidem festum diem celebra-
 tum esse constat, qualem raro admo-
 dum celebrare datur, cuius memoriam
 vt per complures abhinc annos laetif-
 sime valens recolat Perillus **TRIS KANNE-**
GISSERVS Patres Ciuesque Acade-
 miae exoptant, innumeri, qui Viro
 optimo se Vitam et sanitatem debere
 confitentur, in votis habent.

INDEX



I N D E X
SCRIPTORVM, QVAE SEQVUNTVR.

- I. Diploma primum tabulae publicae affixum,
- II. Programma publico Academiae nomine a Professore Eloquentiae conscriptum.
- III. Oratio perillustriis Gottlieb Henrici Kannegiefferi.
- IV. Oratio excellentissimi Ioannis Christiani Kerstens, Ordinis Medicorum Pro-Decani.
- V. Diploma illustriis Medicorum Ordinis.
- VI. Perillustriis Kannegiefferi Gratiarum actio.
- VII. Carmen Iuuenum Litterarum studiosorum.

I.

REGIAE

ACADEMIAE. CHRISTIANO-
ALBERTINAE

PRORECTOR

CANCELLARIVS. ET

SENATVS

SOLLEMNITATEM. SAECVLAREM
IN. HONOREM

VIRI. PERILLVSTRIS. EXPERIENTISSIMI
DOCTISSIMI

GOTTLIEB. HENRICI
KANNEGIESSERI D.

AVGVSTI. REGIS. A. CONSILII. STATVS. ACAD-
EMIAE. SENIORIS. MEDICINAE. P. P. O.

PRIMARII

ACADEMIAE. IMPERIALIS. NATVRAE. CVRIOSORVM.
ADIVNCTI

VIRI. SENIO. DOCTRINA. MERITIS. VENERABILIS
PER. INTEGROS. QVINQVAGINTA
ANNOS

MEDICINAE. DOCTORIS. EIVSDEMQUE
PROFESSORIS. PVBLICI

DE. OMNI. RE. MEDICA. ET. LITTERARIA

AEQVE. AC. DE. ACADEMIA. NOSTRA

SERVATIS. REI. PVBLICAE. ADSIDVO. MEDENDI
STVDIO. CIVIBVS. QVAM. PLVRIMIS

FIDA. IUVENVM. LITTERARVM. STVDIOSORVM
INSTITVTIONE

ARTE. DENIQVE. SCRIPTIS. INSIGNITER. AVCTA
ET. ILLVSTRATA

IMMORTALITER. MERITI. ET. MERENTIS
DIE. XVI. MAII. ANNO. MDCCLXXXVI
IN. AVDITORIO. PVBLICO. MAIORI
CELEBRANDAM

INDICVNT
ATQVE

AD. HANC. PANEGYRIN. QVO. DECET. MODO
CVLTVQVE. ORNANDAM

VOTAQVE. PRO. SALVTE. SENIS. LITTERATISSIMI
COLLEGAE. OMNI. VOLVNTATE. IPSIS
CONIVNGTISSIMI
NVNCVPANDA

OMNES. OMNIVM. ORDINVM. VIROS
AVITAE. STIRPIS. SPLENDORE
FVLGENTES

MVNERVM. ET. MERITORVM. GLORIA
CONSPICVOS

LITTERIS. ET. LITTERATORVM
HONORIBVS. EMOLVMENTIS.
QVE. FAVENTES

CIVES. PRAESERTIM. ACADEMIAE
ILLVSTRISSIMOS. GENEROSISSIMOS
NOBILISSIMOS

QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA
ET. QVA. DECET. HVMANITATE
INVITANT.

P. P. KILIAE. SVB. SIGILLO. ACADEMIAE. DOMI-
NICA. IVBILATE. CIO 13CC LXXXVI

(L. S.)

II.
REGIAE

ACADEMIAE CHRISTIANO-ALBERTINAE
P R O R E C T O R
CANCELLARIUS ET SENATUS
SOLLEMNITATEM SAECVLAREM

IN HONOREM

VIRI PERILLVSTRIS EXPERIENTISSIMI ATQVE
DOCTISSIMI

GOTTLIEB HENRICI
KANNEGIESSERI D.

AVGVSTI REGIS A CONSILIIIS STATUS ACADEMIAE SENIORIS
MEDICINAE P. P. O. PRIMARIJ

ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ADIVNCTI
PER INTEGROS QVINQVAGINTA ANNOS


MEDICINAE DOCTORIS EIVSDEMQUE PROFESSORIS PVBLICI

D. XVI MAII MDCCCCLXXXVI

CELEBRANDAM

INDICVNT.

*Praemissa est prolusio illustrans memorabile medii aevi monu-
mentum, quod ad Medicinam Forenses spectat, responsum
Iurisconsultorum Moguntinorum datum in causa illustri,
elogii Medicorum aliorumque naturae scrutatorum
habito respectu.*



KILIAE HOLSATORVM

LITTERIS MICH. FRIDER. BARTSCHII
ACAD. TYPOGR.

REGIAE

ACADEMIAE CHRISTIANAE-ALBERTINAE

PROFECTOR

CANCELLARIUS ET SENATUS

COLLEGIUM BACCALARUM

IN SENATU

VIRI DOCTISSIMI

DOCTORUM

GOTTFRIDUS HERMANNUS

KANNIGESSEIT D

ATQUE HONORIS CAUSA

IN SENATU

ACADEMIAE CHRISTIANAE-ALBERTINAE

PROFECTOR

COLLEGIUM BACCALARUM

IN SENATU

ACADEMIAE

PROFECTOR

ATQUE HONORIS CAUSA

ACADEMIAE CHRISTIANAE-ALBERTINAE

PROFECTOR


COLLEGIUM BACCALARUM

IN SENATU

ACADEMIAE

PROFECTOR

COLLEGIUM



Quod raro admodum euenire solet, vt per dimidium saeculi aliquis, praesertim eruditus, adfiduo optimarum artium et litterarum studio, laboribus, vigiliis, curis variis multisque fatigatus et quasi obrutus, munere publico non fungatur solum, verum etiam septuagenario maior simul laetissima adhuc vtatur valetudine, plus virium habens quam multo iuniores interdum ipsique adolescentes habere solent, hoc ipsum est quo nobis iam exultare datur, *saecularem recolentibus memoriam muneris* in hac vniuersitate litteraria *Medicinae Professoris publici per integros quinquaginta annos* felicissime pariter ac honorificentissime gesti, *aeque ac Medicinae Doctoris ante quinquaginta annos* auctoritate Medicorum Ordinis *rite creati* VENERANDI ACADEMIAE NOSTRAE SENIORIS ET COLLEGAE OMNI VOLUNTATE NOBIS CONIUNCTISSIMI, iuuenili fere robore etiamnum exoptatissime vigentis. Quam quidem publicae laetitiae causam anteaquam sollertius contemplamur, vobisque praesertim, CIVES CARISSIMI, commendamus, pauca quaedam, pro more a maioribus recepto, praefari fas est. At enim vero quoniam de viro agitur cuius, praeter multa

alia in artem salutarem, etiam praeclara in medicina forensem exstant merita, nullum profecto argumentum huic sollemnitati magis accommodatum esse videtur, quam quod ad servatum in tabulario Regio memorabile *monumentum aevi*, saeculi nimirum post natum Christum quinti et decimi, illustrandum spectat, *responsum Iureconsultorum Moguntinorum* datum in causa illustri, elogii praefertim in eadem causa medicorum aliorumque naturae scrutatorum habito respectu.

GERHARDVS, HENRICI FERREI Comitum Holsatiae filius, GERHARDI MAGNI nepos, quem anno supra millesimum et trecentesium sexto et octogesimo MARGARETHA regina, tutelam gerens filii minorennis OLAI Regis, Nyburgi, Fioniae oppido, Ducatus Slesvicensis causa inaugurationis beneficiariae ritu sollemni in clientelam recepit, quarto saeculi decimi quinti anno in bello Dithmarfico occisus, filios reliquit praeter HENRICVM, natu maiorem, quem in bello, quod eidem et fratribus cum ERICO Pommerano Rege erat, in obsidione quidem Flensburgensi, anno cloccccxxvii fortiter occubuisse novimus, ADOLFVM VIII reliquit, Comitem Holsatiae, et exantlatis infinitis in eodem bello laboribus, Ducem etiam Slesuici, cuius interuentu ex sorore nepos CHRISTIANVS I
cloccccxlviii

clccccxlviii Daniae Rex idemque post mortem ADOLFI anno clccccclix terrarum Slesuico-Holsaticarum dominus creatus est, et GERHARDVM, quem identidem in bello isto terra marique armis fortiter dimicasse exploratum est. Et is quidem GERHARDVS Princeps vxorem duxit ANNAM, natam Principem Badensem, quae, gemino partu edito, initio fortunata, mox autem propter immaturum, qualem nonnulli existimabant, partum, suspicionibus et calumniis onerata, infelix coniux videri potuit.

Rem omnem primum ita enarrare, vt, quicquid de eadem memoriae prodiderunt scriptores vel vetusti eodemque, quo res gesta est, tempore viuentes, vel aliquanto recentiores, graues tamen et ex antiquitatis fontibus arua sua irrigantes, appareat, deinceps ipsum, cuius mentionem fecimus, responsum Moguntinum exhibere apud animum constitutum est.

Atqui si testimoniis standum est auctorum PRESBYTERI BREMENSIS, vel chronicorum eiusdem continuatoris, (1) qui tamen haudquaquam videtur fuisse diuersus ab illo, (2) HERMANNI CORNERI, (3) vtriusque scriptoris antiqui, tempore peracti, de quo sermo est,

A 4

est,

(1) Ap. Westphalen Mon. ined. T. III. Col. 180.

(2) Westphalen I. c. praef. pag. 3.

(3) Ap. Eccard. Corp. hist. med. aevi T. II. col. 1327.

ipsas nuptiarum sollemnitates Principem illam male adfectam fuisse. (8) Alii, quum vterum ferret, grauiter cecidisse et propter ea partum acceleratum esse volunt. (9) Post ea septimo mense gemellos enixa est, puerum et puellam, (10) foetum immaturum forsan et quod ad


B 5 cor-

profapia Bernhardina ostendit, quam Schoepflinus exhibet Hist. Zaringo Badens. Tomo II. ad pag. 65. Idem quae eodem auctore de natalibus liberorum Bernhardi I ex schedis tabularii Bada-Duclacensis relata legimus ib. p. 125 sq. Nuptias Presbyter Bremenſis celebratas esse ait anno MCCCXXXI. (ap. Westphalen l. c.) Hermannus Cornerus l. c. Gerhards nuptias omnemque, quae huc spectat, historiam inter res anno MCCCXXXIII gestas refert. Verum nuptiarum sollemnitates ad annum MCCCXXXII referunt non Huitfeldius solum et Dankwerthus l. c., sed etiam Schoepflinus, fide monumentorum tabularii Bada-Duclacensis sustentatus. Hermannus Cornerus Principem illam Annam vocat, sororem Wilhelmi Marchionis Badenſis. Verum Nomen Agnes, non Anna, existat in Scheda, quam laudauimus, tabularii Bada-Duclacensis apud Schoepflinum l. c. p. 125 quae etiam annum natalem recenset MCCCXVIII. Sed nullus vel ibidem vel in profapia Bernhardina occurrit Bernhardi I filius Wilhelmus. In hoc ergo Hermannus Cornerum aberrasse exploratum est. Idem etiam Presbytero Bremenſi contigit Principem illam Annam appellanti, quod quidem nomen Huitfeldius et Dankwerthus licet habeant, addunt tamen alios illam, et profecto rectius, Agnetem nominare.

(8) Huitfeldius l. c.

(9) Hermannus Cornerus l. c. *de gradibus cadens abortum passa, tempus debitum parturitionis praeueniens.* Add. Dankwerthus l. c.

(10) Hermannus Cornerus gemellos peperisse Prin-



corpufculorum longitudinem attinet, iufta, quae infantum recens natorum eſſe ſolet, longitudine aliquanto minorem. (11) Quo factò GERHARDI frater ADOLFVS Dux, ſiue ſua ſponte, ſiue maleuolorum obtreſtatione incitatus, de pudicitia Principis affinitate cum illo coniunctae parum honorifice ſentire coepit. Et quamvis medicorum elogio, obſetricum, et complurium, quas huius rei cauſa in conſilium adhibuit, honeſtiſſimarum tam Holſataram quam Lubecenſium et Hamburgeniſium matronarum teſtimoniis edoctus, foetum perfectum eſſe atque rem omnem ſalua virtute et honeſtate Principis puerperae contingere potuiſſe, perſuaſus eſſe potuerit, nihilo fecius tamen vel ſuſpicionē ADOLFI, vel aulicorum aut adulatorum eius contumeliis exagitata, pia Princeps, Holſatia relicta, in patriam abiit. (12)

GER-

Principem, Presbyter Bremenſis, Huitfeldius et Dankwerthus puerulum et puellam diſerte teſtantur.

(11) Hermannus Cornerus: de qua (Gerhardus) genuerat duos gemellos, multum graciles et teneros, vix palmae longitudinem habentes. Idem poſt ea: Infantes ex utero materno prodeuntes, perfecti in omnibus corporum lineamentis inueniebantur. Huitfeldius et Dankwerthus foetum aiunt perfectum fuiſſe. Et Dankwerthus quidem quid ſibi velit, ſcribens: *dieweil nun dieſe Kinder vollkommen waren, ipſe explicat in hunc fere modum: zu verſtehen vollkommen oder geſund an den Gliedern, wiewohl gemeinlich etwas ſchwach und kleinlichen.*

(12) Hermannus Cornerus. Presbyter Bremenſis, Huitfeldius, Dankwerthus l. c. Quae Presbyter

GERHARDVS autem coniux innocentem illam atque castam existimans, vt dolorem carae vitae sociae mitigaret, mox eam secutus est, verum in itinere morbo correptus Emmerici ad Rhenum d. XXIV Iulii cloccccxxxiii diem supremum obiit (13) Filiolum in prima infantia obiisse in Slia flumine aquis submersum, Puellam in coenobium virginum vestalium nobilium Pretzense missam esse legimus. Pueruli etiam mortem acerbè doluisse Adolsum Ducem, eo praesertim tempore, quo coniugium suum nulla prole beatum vidit. Et hoc ipsum vindicta

Bremensis refert: *dar doch also de Naturkundiger bewisen vñ der Erfahrenheit, de Frucht im sövenden Mante Leven kann und forðrkamen: de averst im achten Mante geboren werden, kamen nicht forth, vix vlla attentione digna videri possent, quippe quae ad opiniones spectant, quales medii aevi barbaries complures genuit, nisi eadem Hippocratis auctoritate sustentata esse videantur. Huius enim singularem opinionem, foetum post diem CCX moliri exitum, atque hoc tempore intra vterum sine viribus iacere aegrum, propter ea foetum septimestrem vitalem, octimestrem non vitalem esse, refert et refellit ipse, cuius solemnia saecularia instant, Vir Perillustris Gottlieb Henricus Kannegiesser in laudatis Institutionibus Medicinae legalis §. XXII. p. 9. edit alt. auctae et emendatae.*

- (13) Presbyter Bremensis, Huitfeldius et praesertim Dankwerthus, qui Epitaphium exhibet Gerhardi Ducis in templo Emmercensi, ex quo annum diemque eiusdem emortualem intelligimus.

vindicta Divini Numinis accidisse scriptores existimant. (14)

At enimvero ad hanc causam spectat responsum Iurisconsultorum Moguntinorum, de quo tamen monendum est, illud statum quaestionis non omnino eundem ostendere, quem habent auctores non recentiores solum, verum etiam antiqui eodem, quo res peracta est, tempore et viuentes et scribentes. His enim omnibus de partu septimestri, Doctoribus Moguntinis de foetu, qui quinto mense exiit, sermo est. Equidem de hoc sententiam eorum rogasse vel ADOLFVM Ducem, vel quisquis demum fuerit, cuius interuentu Moguntini, quid in hac causa iustum sit, pronunciare iussi sunt, dubio carere videtur. Sed qua demum ratione ad quintum mensem partum referre potuerint consilium Moguntinum postulantes, an invidia? quod simillimum vero, an inscitia? quod vix credibile videtur, in medio relinquendum est. Ipsum autem responsum Moguntinum iam exhibemus, secundum exemplum ex authentico membranaceo, quod tabularium Regium seruat, transcriptum. Index scriptiunculae vernacula scriptus hic est:

*Consilium etlicher Doctoren über
ein Kind welches pro nepote Adol-
phi,*

(14) Presbyter Brom. Huitfeld. Danckwerthus.

phi, Herzogs zu Schleswig, ex fratre gehalten, und im sten Monat post nuptias zur Welt gekommen, ob solches pro legitimo haerede zu achten?

Responsum ipsum est quod sequitur;

Casus.

In principio mensis Septembris S. contraxit cum A. matrimonium. Et tunc se primum carnaliter cognouerunt, quia ambo homines contrahentes confessi sunt, quod antea se nunquam carnaliter cognouissent. Postmodum die XVI mensis Ianuarii immediate sequentis predicta A. peperit partum viuum et sanum ultra annum et adhuc in bona habitudine uiuentem, inter cuius partus natiuitatem et dictam carnalem primam cognitionem; ut ex predictis patet, solum quatuor menses cum medio mediarunt.

Hunc partum asserit dicta A. se de presato S. concepisse in tempore predicto et nunc ipso S. mortuo petit A. partum hunc heredem legitimum dicti S. constitui et admitti presertim quia aliqui medici et naturales ista in casu praedicto naturaliter fieri potuisse affirmant.

Dubia.

Circa hunc casum primo dubitatur. Vtrum partus iste de iure canonico vel ciuili dicti quondam S. iusta proles dici possit ad finem ut in priua hereditate succedere debere iudicetur. Dubium facit lex septimo mense ff. de sta. ho. com. ar. quod in contrario sensu formari potest.

Secun-

Secundo dubitatur; si ius vel eius presumptio hunc heredem negaret, an medicorum vel naturalium iudicium in dicto casu eum releuare posset ad tantum, ut hereditas sibi veniret adiudicanda.

Responsio ad Dubia.

Nota vis huius quaestionis consistit in hoc utrum illud quod dicitur in l. septimo mense ff. de sta. ho. sit adeo plenum et doctrinale videlicet quod a contrario sensu possit argui ergo ceteriori mense perfectus nasci non potest. Et profecto omnes nouimus efficacissimum esse ortum a contrario sensu per l. I. §. huius rei ff. de off. eius cui man est iuris. Et l. Si procuratorem §. Si ignorant in ver. Igitur ff. man. Est autem sensus contrarius ipsemet sensus legis ut probatur in l. de eo quod ff. de testi et in l. pecuniam ff. Si ter. pe. Cum itaque nulla lex disponat ceteriori tempore partum maturari posse frustra receditur a sensu legis per l. de precio ff. de publ. cum similibus nil enim proficeret lex si etiam citius parere posset et sic esset de nichilo lata contra l. in C. Co. del. et l. quod labeo ff. ad car. Denique glo. exponens l. septimo dicit ergo sex mensibus et uno die. Insuper et l. Intestato §. post X. ff. de suis et legi. here. Similiter dicit intra centum et LXXXII. dies partum procreatum legitimum esse quandoquidem CLXXXII. dies efficiunt sex menses et duos dies computando XXX. dies pro mense p. aut. iudicis C. de iudiciis. Similiter glo. in aut. de resti. et ea que parit §. Vnum quidem coll. IIII. Expresse tenet partum qui ceteriori tempore quam in septimo mense fuerit enixus non esse legitimum. Et dicit clare quod si mulier transferit ad secunda vsta infra annum luctus et pariat post XI menses a morte prioris mariti et ante septimum post ductionem secundi viri iam patet, partum non esse vllius maritorum. Et certe clare dicit ibi Glo.

in hec verba Item plus quam sex mensibus oportet quod portetur uti in dicto l. Intestato dicitur Et de sta. ho. l. septimo. Ex quibus concludit glo. quod si mulier ducta marito secundo ante XIXum mensem pariat a tempore mortis prioris mariti quod incidit in penam constitutionis de lugendis maritis prolate quia cum debuit per annum lugere et sic per XII. menses statim probatur quod partus postea editus ante septimum mensem conceptus fuit ante ductionem secundi mariti et post X. menses et X. dies a morte primi viri ergo stuprata est mulier et sic non servavit tempus luctus sed intermiscuit opus concupiscencie naturalis Porro Bar. in l. gallus in p. ff. de libe et postu. Vbi ponit duo tempora extremalia partus vnum scilicet breuissimum intra quod, alterum longissimum post quod vel vsque ad quod. Certe in illo tempore videlicet sex mensum et vno die firme stat nec illud aliquo modo dicit, mutari posse licet in alio extremo s. X. mensum et X. dierum superaddat II. vel III. dies per glo. in dicto aute. Sunt enim tria tempora partus vnum est in IX. mense et hoc regulare. Aliud in septimo, aliud est in vndecimo et hoc extenditur ad X. menses et X. dies per l. Et addunt doct. II. vel III. dies sed in illo citissimo tempore scilicet septimo mense nullus doctorum detrahit vnum momentum quin oporteat sex plenis mensibus fetum portasse et septimum attigisse et per hoc patet responsio ad primum dubium predictum.


Ad secundum vero dubium quo queritur utrum si aliqui naturales dicerent citra VI. menses partum perfectum nasci posse an teneatur propterea iudex talem partum legitimum pronunciare. Ex eo quod peritis in arte credendum est. Respondetur quod stolidi est illa presumptuosa pericia per quam quis maiorum suorum auctoritate renititur et iura hoc non recipiunt. Dicit enim Bar. in dicta l. Gallus commemorando quoddam confi-

consilium cuiusdam magistri gentilis de Fabriano positum per Dy in l. septimo ff. de sta. ho. quod idem magister gentilis dixerit quod possibile sit secundum naturam in XII. et XIII. mense partem nasci. Sed dicit Bar. quod hoc iura nostra non admittunt et verum dicit Imperator in dicto aut de resti et ea quae parit S. vnum quidem dicit quod quedam mulier post mortem viri vndecimo mense perfecto peperit ut non esset possibile dicere quod de defuncto fuisset partus. Et sic licet magister gentilis dixerit in XII. et XIII. nasci posse tum Imperator dicit contra et dicit mulierem supri ream. Sic etiam si quis medicus dicat citra VIIimum et sic in sexto vel quinto nasci posse credamus nos legibus et non leuitatibus quorundam medicorum. Bar. enim recitans tempus VII mensis nil plus addit licet citra excessum X mensum aliquid scribat. Ideoque casus noster pro indubitato relinquendus est. Et temerarius est medicus qui contra auctoris sui Ypocratis in libro de natura pueri doctrinam aliquid praesumit. Scribit enim quod sicut semen quod prius iactum sui intra horas VII non sui in effusionem relapsum hessse in vita pronunciat, at semine semel intra foecundi hominis mouetam locato, hoc primum artifex natura molitur ut die VII folliculum geminum circumdet humori ex membrana tam tenui qualis in ouo ab exteriori testa clauditur septimo quoque mense partum dicit maturari posse. Ita septenario numero claudit natura potentiam licet regulariter in nono mense nascantur. etc. etc.

1. Gregorius Heymburg iuris vtriusque Doctor Vicarius in Spiritualibus Moguntinus manu propria subscripsi.

2. Et idem dico et consulo Ego Gaspar de Bonicis de Persio Iuris vtriusque Doctor et sacri consistorii aduo.

- advocatus etc. sic me propria manu subscripsi et sigillavi.
3. Idem consulo et sentio Ego Stephanus de Nouaria Iuris civilis Doctor sacrique consistorii advocatus. In cuius fidem et testimonium manu propria subscripsi et sigillavi.
 4. Idem dico Ego Guillermus Hugonis Legum Doctor Archinus Metensis.
 5. Et ita dico et consulo Ego Simon a Valle Iuris utriusque Doctor veluti per dominos consulentes et subscribentes se consultum et subscriptum est. Et sic me propria manu subscripsi.
 6. Et illud idem ut supra conclusum est dico Ego Albertus de ferrariis de placentia Iuris viriusque Doctor advocatus consistorialis et in fidem premisorum manu propria me subscripsi et sigillavi.
 7. Et ita ut supra dictum est dico et consulo Ego Genexius de la porta de nouaria iuris utriusque Doctor sacri consistorii advocatus et in fidem premisorum propria manu me subscripsi sigilloque meo consueto sigillari feci.
 8. Et ita prout supra per eximios Doctores conclusum est atque illa videntur michi veritati et iustitiae consona dico et consulo Ego Philippus Consiliarius Episcopi Iuris utriusque Doctor et in horum fidem me propria manu subscripsi et sigillavi.
 9. Et ita ut supra dictum est dico et consulo Ego Tylemannus Gageler Decretorum Doctor canonicus ecclesie beate marie Erfordensis et in fidem premisorum propria manu subscripsi.
 10. Idem Ego Henricus der ander decretorum Doctor ecclesie Magdeburgensis decanus cum supradietis doctoribus sentio.




11. *Idem dico Ego Hinricus de Keppel decretorum Doctor vicarius et officialis Monasteriensis. In cuius testimonium hic me propria manu subscripsi et sigillum meum apposui*

Hoc igitur est memorabile vetustatis monumentum, e quo Iurisconsultorum (dolendum autem est medicorum in hac causa elogia, si forsan existant, hucusque tamen a nobis nullibi potuisse inueniri) de rebus ad medicinam forensam spectantibus sentiendi pronuntiandique ratio intelligitur, qualis nimirum fuit eo tempore, quo vna cum plerisque doctrinarum praestantissimarum adhuc dum inculta iacuit nobilissima disciplina. Hoc nostro illam aëuo mira luce illustratam esse constat studio virorum doctissimorum et de re medica optime meritorum. Et inter hos quidem eminet, a quo omnis haec nostra disputatio incepit et ad quem nunc redeundum est, VIR PERILLVSTRIS, EXPERIENTISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS, GOTTLIEB HENRICVS KANNEGIESSER, AVGVSTI REGIS A CONSILIIIS STATVS, REGIAE ACADEMIAE CHRISTIANO-ALBERTINAE SENIOR, MEDICINAE DOCTOR ET PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS PRIMARIVS, ET ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ADIVNCTVS, vir senio, doctrina, meritis venerabilis, per integra decem lustra
Medi-

Medicinae Doctoris et Professoris munere fungens de re publica et litteraria immortaliter meritus et in hunc vsque diem optime merens. In omni optimarum artium et litterarum ambitu vix vlla est, quae Medicorum arti palmam praecipere queat, siue ad dignitatem respicias, quae infinita doctrinarum, quibus Medicum non institutum sed imbutum esse oportet, copia potissimum constituitur, siue ad salutem generis humani, quam dira morborum vi interdum labefactatam, saepissime Medicinae beneficio vel restitutam vel sustentatam, stabilem et inconcussam cernimus. Quae enim est scientia quae plura reliquarum omnium adiumenta, et praeterea ipsa maius studium, maiorem vberioremq; rerum notitiam sibi vindicat, quam ars illa salutaris? Medicum latinis graecisque litteris eruditum esse fas est, legisse auctores veteres, non minus ac medii et recentioris aevi, vt quicquid ex illis vel praesidii vel ornamenti medicae arti enasci potest, hoc omne suum faciat. Medicus philosophus esto. Philosophia enim et artem bene cogitandi continet, qua, si quis vnquam, certe Medicus instructus sit, necesse est, et, naturam ipsam perscrutari iubens, intima naturae adyta recludit. Plantarum Medicus indolem et vsum noscat, minerarum et mineralium vi-

B 2

res



res medicas, animalium omnium, qualem historia naturalis tradit, naturam et habitum, Anatomen praecipue probe intellectam habeat, artem saluberrimam, et corpora secando bene tractare discat. Praeterea morbos et, quae infestant corpus humanum, vitia, et omnem remedium incredibilem multitudinem perspectam habeat et rite adhibere valeat, et novos, si fieri potest, eosque meliores medendi modos exquirat, aut, praeconcepta omni opinione immunis, in curationibus morborum, non veterum semper vestigia premat, verum, quoties e re aegrorum esse sentit, aliquid innovare studeat. Deinceps, si ad amplissima, quae generi humano, artis medicae beneficio, exoriuntur commoda atque emolumenta respiciat, maxima profecto et ab his eiusdem commendatio erit. Quis enim nescit Medicorum consilio, studio, doctrina ingentia saepe, quae per omnes terras late vagabantur, mala profligata esse, liberis parentes, parentibus liberis, maritis uxores, vxoribus maritos, amicos amicis, ciuibus reges, patriae ciues et olim saepius seruatos esse et in hunc vsque diem saepissime seruari. Quod si tanta artis medicae laus est, tanta gloria Medici, qui nobilissima hac disciplina commemorationem nominis sui cum omni posteritate adaequauit, profecto summa laus est, gloria immor-

immortalis KANNEGIESSERI nostri, qui per integros quinquaginta annos in studio Medicorum defudavit, atque et arte et praeceptis de doctrina medica hominumque salute optime meruit et merere pergit. Is enim postquam partam in aliis Germaniae Academiis doctrinae copiam, in hac nostra optimae spei adolescens auxit atque exornavit, statim ad artem faciendam se contulit, felicissimo successu. Expetebatur enim opera eius a multis cuiuscunque sexus, aetatis, ordinis, ipsis etiam summorum virorum imo principum Imperii Romano-Germanici personis. Neque id eo tantum tempore quo Medicinam facere primum instituit, verum etiam per omnem post ea annorum seriem illi contigisse novimus, in visendis aegris assiduo, in curando diligenti, aegrotos non modo remediis artis iuvanti, sed etiam orationis humanitate, quae interdum ad confirmandos animos plurimum confert, et cuius egregia illi facultas est, cum gravitate facta. Itaque insignis hominum non Kiliae solum sed adiacentis etiam ubique regionis, haud exiguae partis Holsatiae incolarum multitudo illi familiarum salutem et olim debuit et etiamnum debet. Sed non sanandis solum aegrotis verum etiam amplificandae scientiae operam dedit, scholas medicas habens, assiduus diligens et perspicuus in docendo, omnemque

disciplinam ut non gloriolae captandae lucrone quaerendo, sed discentium commodis accommodaret, operam nauans strenuam atque indefessam. Praeter ea in tam negotiosa et occupata vitae ratione tamen et plurima scripsit, praeter praeclarum, cuius saepius mentionem fecimus, de medicina legali libellum, Ephemeridum Germaniae litterariarum potissimarum auctoribus celebratissimum, praesertim per occasiones Academicas, quando vel Magistratum Academicum aut susciperet aut eodem se abdicaret, aut per opportunitatem imaugurandi Doctoris Medici, aut Disputationum publicarum, iuuenum exercendorum gratia promote olim magis quam hodie in Academiis recepto et in hac nostra principum decretis, lege praesertim Fridericiana, stas temporibus olim habendarum. Et his quidem omnibus et quotquot reliquae erant muneris partibus summa cura summaque industria versatus est, adeo ut per complures annos vnus et solus in ordine suo nihil tamen omnino eorum, quae ad officium spectare videbantur, neglexerit, ordinis sui decus recte vocari queat. Igitur et Decani Medicorum Ordinis et Academiae Prorektoris munere saepissime et nunquam sine gloria functus est.

Talem virum nos non habuisse, sed, quae Supremi Numinis est, clementia in hunc vsque diem

diem habere laetamur. Illum enim re vera nos habere nobis gloriari licet, qui in hac, quam mortalibus raro viuendo attingere datur, pro- uectiori aetate omnibus siue litterariis, siue ciuilibus negotiis idoneus est, laetissime valens et tam mentis quam corporis viribus iuniores multos longe antecellens. Paxit Deus ter opti- mus maximus vt per complures abhinc annos eodem illi exoptatissimo vigore vti et nobis de salute viri ardentissime nobis exoptandi atque exoptatissimi quam diutissime gaudere liceat.

In honorem eius Panegyrim decreuimus sollempnem in Auditorio nostro publico maiori celebrandam d. XVI Maii, hora ante meridiem XI. Tum quidem primo ipse *VENERANDVS ACADEMIAE SENIOR orationem habebit.* De- inde eundem nomine et auctoritate illustris Medicorum Ordinis eiusdem h. t. Pro-Deca- nus, Vir excellentissimus, experientissimus, doctissimus, IOANNES CHRISTIANVS KER- STENS, PHIL. ET MED. D. ET MED. P. P. O., *Doctorem Medicinae denuo renunciabit.* Atqui ad omnem hanc sollempnitatem quo decet cultu ornandam, ad vota simul pro salute Viri senio venerandi, doctrina praestantissimi, meritis prorsus eximii nobiscum publice nuncupanda, omnes omnium ordinum viros auitae stirpis splendore fulgentes, munerum meritorumque gloria

gloria conspicuos, litteris et litteratorum hono-
ribus emolumentisque fauentes, Ciues prae-
fertim Academiae illustrissimos, generosissi-
mos, nobilissimos, qua par est obseruantia et
qua decet humanitate inuitamus. P. P. sub
figillo Academiae, Dominica Cantate,
clbocclxxxvi.

(L. S.)

III.

MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR!
MAGNIFICE DOMINE CANCELLARIE!
PROFESSORES LONGE CELEBERRIMI, COL-
LEGAE CONIUNCTISSIMI!
AUDITORES MVNERVM ET NATALIVM
SPLENDORE
ILLVSTRES ET PRAECLARISSIMI
TVQVE ILLVSTRISSIMA, GENEROSA, NO-
BILISSIMAQVE STUDIOSAE IUVEN-
TVTIS CORONA,
ECCLESIAE ATQVE PATRIAE SPES
CERTISSIMA!

Socrates, Graecorum quondam *philosophus egre-
gius*, ab alio quodam eodemque clarif-
simo Philosopho Platone nimirum interrogatus,
quid

quid nam per totum vitae suae ambitum egisset, et quomodo in morte sese esset gesturus? scias inquit diuus Socrates, in iuuentute me operam dedisse, vt bene viuerem, in senectute vero, vt bene morerer; quare cum vita fuerit honesta, et mortem laetus expectem, nec vita mihi dolori est, nec mors vltima linea rerum, me expergefasciet vnquam.

Cumque die hoc solenni, quo per quinquaginta annorum spatium, munere professorio sum perfunctus, vitae meae academicae rationem reddere, Magistratus academici placito mihi sit impositum, auditorii splendidissimi auribus non longa verborum ambage molestiam gignere, sed pio huic desiderio obtemperaturus, ad rem ipsam me protinus accingam, atque paucis significare volo, anno millesimo septingentesimo duodecimo, Iulii die vigesimo secundo, *Gothae*, Saxoniae superioris vrbe non ignobili, me primum vitae adspexisse lumen.

In vtroque Ienenfi et Hallensi Athenaeo inclytissimo, scientiarum, ad scopum facientium, genere omni, probe initiatus, anno millesimo septingentesimo trigesimo, Nouembris die vigesimo tertio, celebre hoc nostrum emporium sum ingressus, ibidemque Prorectore, tunc temporis regnante, Magnifico et Illustri, Wilhelm

mo Hulderico Waldschmidio, in civium academicorum numerum receptus, Viri incomparabilis, Caroli Friederici de Luther, Confiliarii status, et facultatis medicae Professoris primarii institutione adhuc vsus sum fidelissima.

Cumque tanti Viri suasu et ductu, animum ad clinicam praxin, simulque ad vitam academicam penitus paululum adplicarem, Regiae Celsitudini, Carolo Friderico, memoriae beatissimae, anno trigesimo secundo, vtriusque dioeceseos Neomonaasteriensis et Bordisholmenfis, praeuio Facultatis medicae examine rigoroso, Medicum et Phisicum ordinarium, me constituere indulgentissime placuit.

Eodem anno schedium, de *febre catarrhali maligna*, Kiliam Holsatorum obsidente, pariterque Dissertationem Fridericianam, de *causis morborum ex influxu syderum pendentibus*, nec non, de *excretionem cutanea*, publicae disquisitioni submiti.

Paulo post, anno nimirum trigesimo tertio, praemissa dissertatione inaugurali, de *praecipuis cautelis in praxi clinica obseruandis*, Facultas gratiosa, Licentiati gradum mihi conferendi me non dedignabatur.

Anno trigesimo quarto, syntagma de *spinae dorsalis praeternaturali flexu*, publici feci iuris.

Anno

Anno subsequente, trigesimo quinto, Potentissimus Danorum Rex, Insulae Fehmeranae Physicum prouincialem, non sine largo stipendio, me accersuit.

Temporis intercapedine haud longa intercedente, anno nimirum trigesimo sexto, Maii die primo, Regia Celsitudo, Serenissimus Princeps ac Dominus, Carolus Fridericus, Professorem Medicinae Extraordinarium me constituit indulgentissime, quod munus Academicum, oratione, *religiosam pietatem Medico imprimis curae esse oportere*, solemniter sum auspiciatus; ATQVE HIC DIES HODIERNVS PRAECIPVE EST, *Auditores spectatissimi!* quem in praesentiarum in memoriam reuocare, atque grata mente volui recolere.

* * *

Ast enim pedem hic figere mihi omnino interdicitur, quum plura adhuc supersint, quae ad vitae meae academicae ambitum pertinere videntur.

Anni nimirum eiusdem trigesimi sexti, et mensis eiusdem, die decimo sexto Maii, Celeberrimus Lischwitzius, Facultatis medicae Professor secundus, et Archiater Ducalis, inter coelites laborum mercede iam pridem fruens, solemnii promotionis actu, Doctorem Medicinae, me publice renuntiavit.

Decur-

Decursu temporis eodemque, Wallachorum Dux et Princeps serenissimus, Maurocordatus, mille Ducatorum stipendio oblato, archiatrum me accersuuit ducalem, quam vocationem clementissimam non annuere, causae plures fonticae me tunc temporis vrgebant.

Anno eodemque, schedium, de *felici saepe infelici pharmacorum adhibitione*, pariterque eine vollständige Beschreibung der Hallischen medicamente, prelo subieci.

Mox anno sequenti, quadragesimo tertio, Academia Caesarea, Leopoldino Carolina, Naturae curiosorum, cuius acta erudita observationibus multifariis iam antea locupletaueram, simulac exhibito libello, de *cura pⁱ ium, per Slesuici et Holsatiae Ducatum vsitata*, me Collegam, *Telamonis secundi cognomine*, recipere propense dignabatur.

Temporis stadio eodemque ordinaria Professio medicinae tertia mihi demandabatur, quod munus nouum, programmate, de *spasmo ex calore et frigore, altero immediate alterum excipiente* auspicabar; breui vero post, Consiliarii Cancellariae titulo condecorabar.

Anno demum quadragesimo quarto, habitis dissertationibus; de *sudoriferorum abusu, de adstringentium efficacitate diaphoretica*, Professio Facultatis medicae ordinaria secunda,

vna


vna cum fisci academici et aerarii viduarum cura, simulac alumnorum Ducalium inspectio, mihi demandabatur.

Munere hoc professorio, atque etiam laboribus Decanalibus, omnibus Collegis reliquis inter coelites elatis, per septem annorum spatium, *unicus et solus* sum perfunctus, quo etiam temporis studio, dissertationes, de *Elephantisi*, de *cholera*, de *internecione*, de *aetatibus*, multasque commatis varii alias, publicae disquisitioni submisi.

Anno denique quadragesimo sexto, Magistratus academici suffragio vnanimi, arduum, alioquin molestissimum munus prorektorale, humeris meis primum imponebatur, quam dictaturam semestrem, sermone, de *studiis altioribus non altioribus*, in me recepi, eandemque, oratione de *temperamentorum formalitate*, resignavi, et in successoris manus placide iterum tradidi.

Anno quadragesimo octauo, Magnus Ruthenorum Dux, Patriae nostrae Pater, longe omnium clementissimus, Professore[m] medicinae Primarium, atque iustitiae Consiliarium me indulgentissime constituit.

Anno eodemque, dissertationes de *lapidis microcosmici genesis*, de *indefinito morborum numero*, de *lue bovina per Holsatiam grassante*, de *Spiritu*



spiritu ardente, eiusque operandi modo, de pneumatosi, de pleuritide, de tubulosa neruorum structura, de veterum in rem medicam laude et meritis plane singularibus, de temperamentorum formalitate, de naturali bilis efficacitate, publico eruditorum examini submittebam.

Anno insequente, *medicinam legalem* edidi, quem libellum pie defunctus Büchnerus, Caesareae academiae naturae curiosorum Praefes Inclytissimus, in praefatione incomparabili, filium praelectionum suarum praedicare non est grauatus, pariterque Caesarea haec academia, Adiuncti, seu Praefidis vicarii diademate me condecorare gratiose decreuit.

Tandem aliquando magna ista permutatione horum Ducatum contingente, Princeps Serenissimus, Fridericus Augustus, Lubecensium Episcopus Reuerendissimus, Archiatrum Ducalem, stipendio largissimo simul oblato, me accersere non dedignabatur.

Minime tamen omnium Prouinciam mihi semel demandatam, salario etiam tenuissimo non obstante, quo cogitationes ab infami miseriarum valle ferme haud potuisssem reuocare, nisi è fonte plane alio haurire, occasio mihi fuerit suggesta, volui deserere. *Sed haec pertransennam!* iniuriarum enim remedium optimum, panacèa certissima, est obliuio.

Itaque

Itaque cuncta reliqua vt paucis complectar, in amplissimo hoc confessu praefiscine possum asserere, quod per quinquaginta annorum hocce stadium, orationes, programmata et dissertationes *septuaginta novem*, publici fecerim iuris.

Academiae fasces duodecies pacate et tranquille gessi! Doctores Medicinae quadraginta, et Notarios publicos Caesareos, duos de viginti creavi; numero etiam saepissimo, iuuenibus Puellis, virginitatis florem petulanter deperditum, Auctoritate Palatina feliciter restitui.

Insuper etiam praeter hos labores academicos, praxis clinica tunc temporis amplissima mihi contingens, neque animi, neque corporis vires poterat exhaurire.


Primus aderam, qui horum locoum strata et prata paludosissima in hortos commutavit, amoenitate praecellentissimos.

Celebre hoc nostrum emporium, Musarum sedem florentissimam, varium in modum condecorare, in eodemque octo aedificia ampla, quorum quinque maiora funditus exstruere, atque tria in statum longe meliorem redigere, ansam lubentissime arripui.

* * *

Sed quid horum omnium meminisse iuvat? vana enim laudis sunt gaudia!

Perpe-



Perperam sane hac occasione silentio praeterire non debeo, quod potentissimus Danorum Rex, Rector academiae huius Magnificentissimus, Consiliarii status titulo me iam pridem cohonestare non grauat^{us} fit, quam singularem et vnicam Regiam Clementiam deuotamente recolere nusquam desinam.

* * *

Atque haec praecipua sunt, Auditores spectatissimi! quae in splendidissimo hoc confesso, de vita meae academicae cursu, per quinquaginta annorum seriem, fauente diuini Numinis clementia, protracto, pro palam collocare debui.

Alme Deus! ad pedes Tuos deuolutus, pro insigni bene factorum cumulo, quo me beare, mihiq^{ue} ad seram hanc senectutem, *vicissitudinum multarum nebulis feliciter discussis*, animi atque corporis robur plane integrum conseruare volueris, gratias ago demississimas.

* * *

Illi etiam Deo, Cimbriae nostrae Herculi, Musarum Patrono indulgentissimo, qui nobis Musisque nostris otia haec iubila fecit, pro tutamine et quacunq^{ue} reliqua regia Clementia, gratias ago perennes.

Vobis denique Professores huius academiae longe Celeberrimi! Collegae Coniunctissimi!

fimi! pro amicitia vestra collegiali, nusquam interrupta, gratias rependo, quas possum maximas.

Serua Trinone Deus! Regem, Rectorem academiae huius Magnificentissimum, Illumque cum vniuersa regia stirpe, ad inuidendam consumatissimamque euehas felicitatem.

Serua et conserua Docentes! serua Discipulos! omnesque sanctissimi nominis Tui clientes fideles et non fucatos, Tibique sit laus, honor atque gloria in saeculorum — Saecula.

IV.


MAGNIFICI ACADEMIAE PRORECTOR ET
 CANCELLARIE, VENERANDISSIME SENIOR,
 CETERIQUE PATRES CONSCRIPTI,
 COLLEGAE CONIUNCTISSIMI.

HOSPITES NATALIVM, MVNERVM, MERITORVM
 ET DOCTRINAE SPLENDORE PERILLVSTRES,
 ILLVSTRES, CLARRISSIMI ET SPECTATISSIMI.

CIVES ACADEMIAE GENEROSISSIMI ET
 NOBILISSIMI.

AVDITORES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI.

Quod in huius diei magnis profecto iisdemque rarissimi exempli solennibus,
 C Colle-



Collegii Medici auctoritate, laetissimae ceremoniae interpres dictus sum atque nuncupatus, quamquam non nisi gaudere vehementerque laetari debebam, non vna tamen animum simul meum subiit dolendi causa. Quidni enim magnopere doleam, quod hoc ipso tempore Collegam aestumatissimum, Perillustrem ACKERMANNVM, Augustissimi Regis Archiatrum atque Ordinis Medici hoc tempore Decanum, ad quem haec provincia iure suo pertinebat, gravissimus acerbissimusque luctus domesticus, non modo prohibuit, quo minus, quod maxima cum dignitate facturus erat, insignem huius actus solennitatem ipse perageret, sed etiam ut me substitueret communis laetitiae interpretem vicarium, atque quae publico solennique ritu peragenda sunt in me transferret, pene inuitum coegit. Accedit, quod quotidie ingrauescens, per ipsos decem dies, filii mei, natu minoris, artisque medicae in hac Academia cum maxime studiosi, acerrimus morbus mentem meam tam anxiam habet atque sollicitam, ut vix colligere animo inquietam cogitationem, atque ad rem grauissimam adhibere, nedum oratione verbisque ornare possim. Sed in his variis molestissimisque cogitationibus vicit tamen dolorem animique aegritudinem publica huius diei insignisque laetitia.

Publi-

Publicam dico, propterea quod, quae Tua maxime et inprimis est, singulari Dei beneficio, Peruenerabilis Collegii Medici totiusque Vniuersitatis Senior, ita ad omnes huius Academiae Doctores Alumnosque multis de causis pertinet, vt non modo sperem, verum etiam persuasissimum mihi habeam, neminem hic futurum esse, qui non lubens volensque, summa animi alacritate, laetus atque gratulabundus, in partem societatemque gaudiorum Tuorum veniat.

Sed quam publicam dixi, recte quidem meritoque, laetitiam, eam suo quasi atque proprio et peculiari iure sibi vindicat Ordinis nostri Collegium. Maximas enim grauissimasque laetandi ac gratulandi causas nos inprimis habere, quotquot huic Ordini adscripti sumus, quis non videt? qui quidem in Te, Vir Celeberrime, perfecti atque consummati Medici exemplar spectamus atque veneramur, cui quantum in acceptis ferat atque adeo debeat Collegium nostrum, mente magis concipi quam verbis exprimi potest. Ipse nosti, Vir Perillustris atque de Collegio nostro meritissime, quam arcto concordiae atque amicitiae vinculo, Te Seniore, coniunctum semper fuerit Collegium nostrum, quod ipsum, non modo Tibi, verum omnibus omnino, signo esse debet, neminem fuisse

vnquam ex hoc Ordine, qui non praeclarissima Tua de re Medica atque plane immortalia merita omni tempore agnosceret atque admiraretur. Et quomodo non agnosceret, cum Tu non modo multis iisdemque eruditissimis de arte medica in lucem editis libris, multis ad rem medicam feliciter exercendam praestantissima disciplina Tua formatis institutisque, multorum denique hominum vita atque valetudine, per quinquaginta annos, felicissime seruata, ornamento semper eximio fueris Ordini nostro; sed etiam saluberrimorum in rebus maximis atque grauissimis, ad Collegium nostrum delatis, consiliorum solertia, acumine, atque elegantia, huius ordinis auctoritatem mirifice confirmaueris atque auxeris, omninoque nihil reliqui feceris, quod, sine ad iura Collegii nostri tuenda, siue ad dignitatem eius ornandam, ullo modo pertinere videretur: vt non tam leuis adulationis sit, si quis Te, meritissimi honoris causa, Ordinis Medicorum decus atque praesidium appellet, quam iniustae inuidiae molevolentiaeque, si recuset appellare.

Quo magis hinc Tibi atque ardentius laetissimum hunc atque exoptatissimum diem toto animo gratulamur, atque vt, prorogato
quoad

quoad longissime potest, felicis aevi spatio, fructum eius capias laetissimum, circumfluens omnibus bonis, quibus humana felicitas censetur, atque ex omni parte beatus, ex animi sententia optamus.


Ac horum quidem votorum pietate et quasi religione plenus quam gessit animus, ea nunc peragere opus est, quae auspiciatissimi diei solennitas requirit, hoc est, eius diei, quo contigit et Tibi esse tam felici, ut memoriam summae in arte nostra dignitatis, qua ante hos quinquaginta annos, maximo Tuo merito, initiatus es, iam, auctus meritorum immensa multitudine, vegetis corporis animique viribus, inter laetas congratulantium voces, renovare possis, et vero etiam mihi, cui rei laetissimae, atque in hac quidem Academia, quantum scio, in suo genere vnicae, rite exequendae facta est auctoritas.

Quod itaque bene vertat Summum Numen, et Academiae nostrae huiusque Collegio Medico gloriosum, Tibique meritissime Senex honorificum, felix, faustumque sit, Auctoritate Potentissimi ac Inuictissimi IOSEPHI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, *cetera*; summis Auspiciis Sacrae Re-

giae Maieftatis Auguftiffimi ac Potentiffimi
 Regis ac Domini CHRISTIANI VII. Da-
 niae, Norvagiae, Vandalorum et Gothorum
 Regis, fupremi Ducis Slesuici, Ducis Holfta-
 tiae, Stormariae, Dithmarfiae, et Oldenburgi,
reliqua, Academiae fuae Christiano-Albertinae
 Rectoris Magnificentiffimi, Regis ac Do-
 mini noftri longe clementiffimi, Ego IOHANNES
 CHRISTIANVS KERSTENS, legitime promo-
 tus Medicinae Doctor, eiusque in hac mufa-
 rum fede Professor publicus ordinarius, et Or-
 dinis Medici ad hunc actum conftitutus Pro-
 decanus, memoriam in Te Vir Perilluftris
 Experientiffime et Doctiffime, GOTTLIEB
 HENRICE KANNEGIESSER, Regis a Confi-
 liis ftatus, Medicinae Profefforem primarium,
 Academiae et Facultatis Medicae Seniore, im-
 mortaliter de utraque meritum, honorum
 et iurium Medicinae Doctoris, iam ante hos
 quinquaginta annos ex merito collatorum,
 omnibus praefentibus recolens, more anti-
 quitus recepto, Te fecunda vice Doctorem
 Medicinae femifecularem renuncio et publice
 proclamo, atque ab omnibus pro tali haberi,
 Auctoritate Imperatoria et Regia, iubeo et
 edico, Tibique, in huius actus documentum,
 has tabulas, Ordinis Medici figillo munitas,
 coram fplendidiffima Auditorum corona pu-
 blice

blice trado, et in signum perennis nullique unquam mutationi obnoxii amoris Collegarum tergeminum amicitiae osculum fero.

Peracta iam a me sunt, cum magna animi voluptate, utinam ea quoque cum dignitate quae tantae rei conveniat; peracta sunt omnia, quae Collegii nostri auctoritas mihi demandaverat. Sed qui possim hunc locum relinquere, nisi antea palam, id quod facio, grati animi sensum Tibi declaraverim, Tibi inquam, qui, inde ab eo tempore, quo in hanc Academiam delatus ac Tecum eiusdem Collegii societate coniunctus fui, singulari semper benevolentia, favore atque amicitia, me es complexus, quod ut, pro summa Tua humanitate, nullo unquam tempore facere desinas, ita a Te peto, uti res longe nobis carissimas expetere solemus. Ita viuas, valeas, floreas. Dixi.



V.

Q. B. F. F. Q. S.

HONORES ET IVRA DOCTORIS
MEDICINAE

AVCTORITATE SACRAE CAE-
SAREAE MAIESTATIS

AVSPICIIS

REGIAE CELSITVDINIS SERE-
NISSIMI DVVIS AC DOMINI

D O M I N I

CAROLI FRIDERICI

SVPREMI DVVIS SLESVICI DVVIS HOLSA-
TIAE STORMARIAE DITHMARSIAE
COMITIS OLDENBVRGI

VNIVERSITATIS KILONIENSIS


RECTORIS ET CANCELLARII
MAGNIFICENTISSIMI

PRORECTORE

IOHANNE ZACHARIA
HARTMANN

V IVR. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.

COLL-



COLLEGII MEDICI
DECANO

IOHANNE CHRISTOPHO-
RO LISCHWITZ

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ATQVE
ARCHIATRO DVCALI

IN

VIRVM AMPLISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM

GOTTLIEB HENRIC.
KANNEGIESSER

MED. LICENTIATVM ET PROF. ORD. DENOMINATVM

D. XVI. MAII. A. C. MDCCXXXVI

PVBLICO SOLENNIQVE RITV COLLATOS
EODEM XVI MAII A. C. MDCCLXXXVI

AVSPICIIS

AVGVSTISSIMI ET POTENTIS-
SIMI REGIS AC DOMINI

DOMINI

CHRISTIANI VII

DANIAE NORVAGIAE GOTHORVM ET
VANDALORVM REGIS

SVPREMI DVVIS SLESVICI DVVIS HOLSA-
TIAE STORMARIAE DITHMARSIAE

ET OLDENBVRGI RBL.

ACADEMIAE RECTORIS MAGNI-
FICENTISSIMI

C 5

PRO-

PROFECTORE

VIRO MAGNIFICO ET PERILLVSTRI

ADOLPHO FRIDERICO
TRENDELENBURG

IVR. DOCT. ET PROF. PRIMAR. REGIS A CONSI-
LIIS STATVS

CANCELLARIO

*VIRO MAGNIFICO PERILLVSTRI ET SVMME
REVERENDO*

IOHANNE ANDREA
CRAMER

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMAR.

AB ORDINIS MEDICI

PRODECANO

IOHANNE CHRISTIANO
KERSTENS

PHIL. ET MED. DOCT. HVIVSQUE PROF. PVBL. ORD.
ACAD. IMP. NAT. CVR. COLLEGA

IN

IN EVNDEM

VIRVM NVNC PERILLVSTREM ET CE-
LEBERRIMVM

**D. GOTTLIEB HENRIC.
KANNEGIESSER**

REGIS A CONSILIIIS STATUS ET MEDICINAE
PROFESSOREM PRIMARIVM

ACADEMIAE SENIOREM IMMORTALITER DE EA
MERITVM

IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM
ADIVNCTVM

PVBLICA PANEGYRI ET SEMISECVLARI
CELEBRITATE INSTAVRATOS ET
SECVNDA VICE

INTER VOTA QVAEVIS ET GRATVLATIONES
AVSPICATISSIMAS

COLLATOS ESSE

HAE TABVLAE ORDINIS MEDICI SIGIL-
LO MVNITAE PVBLICE TRADITAE

TESTANTVR.


(L. S.)

VII.

Die Sonne steigt,
 Das Jahr kehrt wieder;
 Des Menschen Leben fliegt
 Und kömt nicht wieder.
 Rasch fliegt, dafs er verändert werde,
 Der Erdball seine stete Bahn.
 Der Erdensohn ist Herr der Erde,
 Doch seiner Tage Unterthan.

Der Erdensohn,
 Der Herr der Erde,
 Hat wenig Lust und Lohn
 Und viel Beschwerde.
 Zum Thal der Mühlen läuft hinunter
 Der Rosenpfad des Jünglings leicht;
 Wie selten, wer auch da noch munter,
 Wie glücklich, wer noch willig keucht!

Der Tod entrückt
 Uns schnell dem Leben;
 Oft lastenunterdrückt,
 Oft lustumgeben.
 Viel hoffen noch auf bessere Zeiten
 Und vielen dünkt das Leben schön;
 Viel wollen erst sich vorbereiten
 Und müssen schnell von dannen gehn.
 Wie



Wie selten kan,
 Um auszulaufen,
 Ein guter edler Mann
 Sich Frist erkaufen!
 Wie selten kan, wenn gleich das Leben
 Er, wie Galen, zu zögern weis,
 Wie *Du*, ein Mann ein Menschenleben
 Den Menschen dienen, *heitrer Greis!*

D*u* siehest heut
 Bei *Deinem* Glücke
 Auf die Vergangenheit
 Mit Ruh zurücke!
 Siehst Jeden, der seit funfzig Jahren
Dir zugeeilt und sich zerstreut,
 Wie jeder mit den jungen Schaaren,
 Die *Dich* umkreisen, heut sich freut!

Auf schwulem Tag
 Weilt sich erlabend
 Der Wanderer am Bach
 Den späten Abend.
 Was kein Genesender vergebens
Dir freudig dankbar zugefleht,
 Das flehn auch wir: Genies des Lebens
 Verdiente Labungsruh noch spät!

Sr.

Sr. Hochwohlgebohrnen
dem Herrn Doctor und Etatsrath

HERRN

Gottlieb Heinrich
Kannegiesser,

Senior der kielischen Univerſitat, erſtem Pro-
feſſor der Arzeneywiſſenſchaft und Adjunct
der Römisch-Kayſerl. Academie der
Naturforſcher,

an

Seinem feierlichen Jubiläumstage

den 16ten May 1786.

mit ehrerbietiger Freude überreicht
von:

G. Holst, d. G. B. General-Anführer.

N. Iepſen, d. G. B., General-Befchlieſſer.

C. D. Chriſtſenſen, d. R. B., General-Adjutant.

R. Schmidt, d. G. B. Anführer, der 2ten Division.

Timmermann d. ä., d. G. B., Befchlieſſer der 1ſten Division

Vofſ, d. A. W. B., Befchlieſſer der 2ten Division.

W. A. Niſſen, d. A. W. B.)

P v. Bahlen, d. G. B.)

Chriſtian, d. R. B.)

Pſehn, d. R. B.)

Scherelig d. j., d. A. W. B.)

*Chapeaux d'honneur
und Marſchälle.*

Ell,

Ell, d. G. B.
 M. v. Gersdorff, d. R. B.
 Heyk, d. G. B.
 Horst, d. G. B.
 Iakobsen, d. G. B.
 Lütje, d. R. B.
 Lütjohann, d. R. B.
 Reimers, d. G. B.
 Schetelig, d. ä., d. G. B.
 Steen, d. R. B.
 Timmermann, d. j., d. R. B.
 Uriel, d. R. B.
 Weigerich, d. G. B.
 Witte, d. G. B.

Adjutanten.

G. C. Müller, d. R. B., Führer)	des 1sten Zugs.
Kraft, d. G. B., Beschließer		
Iels, d. R. B., Führer)	des 2ten Zugs.
Westphalen, d. R. B., Beschließer		
Hager, d. R. B., Führer)	des 3ten Zugs.
v. d. Heyde, d. G. B., Beschließer		
Schwensen, d. G. B., Führer)	des 4ten Zugs.
Hälßen, d. ä., d. G. B., Beschließer		
Michellen, d. G. B., Führer)	des 5ten Zugs.
Wichmann, d. G. B., Beschließer		
Lucht, d. G. B., Führer)	des 6ten Zugs.
Hälßen, d. j., Beschließer		

Albertz, d. R. B.
 Arends, d. G. B.
 Asmuth, d. R. B.
 Berens, d. R. B.


Befeler, d. R. B.
 Bevers, d. G. B.
 Böttger, d. G. B.
 v. Brockes, d. R. B.

Brink-


Brinkmann, d. G. B.	Ipfen, d. G. B.
F. Bruhn, d. R. B.	Kelter, d. G. B.
I. G. Bruhn d. R. B.	Kerstens, d. A. W. B.
Burmester, d. G. B.	Kindt d. ä., d. R. B.
Carstens, d. G. B.	Kindt d. j., d. R. B.
Clafen, d. G. B.	Knuft, d. R. B.
O. Christiani, d. G. B.	Kruebenburg, d. G. B.
C. H. Christensen, d. R. B.	Kuhlmann, d. G. B.
Dau, d. G. B.	E. A. Lassen, d. R. B.
Diedrichsen, d. G. B.	F. C. Lassen, d. R. B.
Dirksen, d. ä., d. G. B.	Lesser, d. A. W. B.
Dirksen d. j., d. G. B.	Martens, d. G. B.
Dörfer, d. G. B.	Maßmann, d. G. B.
Dose, d. G. B.	J. Matthiesen, d. G. B.
Eblers, d. R. B.	Mau, d. R. R.
Feddersen, d. G. B.	Mielk, d. G. B.
Fock, d. G. B.	I. I. Möller, d. G. B.
Forchhammer, d. G. B.	Müller, d. G. B.
Funk, d. G. B.	Neynaber, d. R. B.
Gösch, d. R. B.	Nielsen, d. G. B.
v. Gollowin, d. R. B.	Niemann, d. G. B.
Gregers, d. G. B.	H. F. Nissen, d. G. B.
Groß, d. R. B.	Olfen, d. G. B.
Hansen, d. G. B.	S. Peterfen, d. G. B.
Hasse, d. G. B.	Rehhof, d. G. B.
Hedde, d. R. B.	Repfold, d. G. B.
Hinrichsen, d. G. B.	Roblfs, d. G. B.
G. Holst, d. G. B.	Rostkovius, d. G. B.
Jahn, d. G. B.	Rübner, d. R. B.
Janssen, d. R. B.	D. C. Rumohr, d. R. B.
Jesperfen, d. G. B.	Rundt, d. G. B.
Jebe, d. G. B.	Schlichting, d. R. B.
Jellen, d. G. B.	C. H. L. Schröder, d. G. B.
	D Schröder,

Schröder, d. G. B.	Voigt, d. G. B.
Schrödter, d. R. B.	Voigt, d. R. B.
Schubart, d. G. B.	Wibel, d. R. B.
Schulze, d. G. B.	S. H. C. Wichman, d. R. B.
Sidon, d. A. W. B.	Wichmana, d. G. B.
I. Sievers, d. G. B.	Wilkens, d. R. B.
I. I. Sieverts, d. G. B.	Wolf, d. G. B.
Sternhagen, d. G. B.	Wulfsdorf, d. G. B.
Stubbe, d. G. B.	Zachariä, d. G. B.
Thiessen, d. R. B.	Zeitner, d. G. B.
Tönder, d. G. B.	Zimmermann, d. R. B.
Tüchfen, d. G. B.	

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]







VII.

gt,
ehrt wieder;
eben flugt
wieder.
er verändert werde,
fete Bahn.
Herr der Erde,
Unterthan.

el,
und Lohn
erde.
hnen läuft hinunter
es Jünglings leicht;
auch da noch munter,
er noch willig keucht!

Leben;
auf beßre Zeiten
dis Leben schön;
sich vorbereiten
ell von dannen gehn.
Wie